



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De communione, orationibus post communionem & aliis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)

propriam Præfationem , dicitur Præfatio de Octava , quamvis de ea nulla fiat commemoration in Missa.

4. In Missis Votivis dicitur etiam Præfatio propria , si propriam habeant : si verò non habuerint , dicitur Præfatio de Tempore , vel Octava infra quam contigerit hujusmodi Missas celebrari : alioquin Præfatio communis . Et quando aliqua Missa Votiva pro causa publica solemniter celebratur , dicitur in cantu solenni , ut in Duplicibus . In Missis Defunctorum quocunq; tempore semper dicitur Præfatio communis .

5. Post Præfationem incipitur Canon Missæ secreto , in quo serventur omnia ut in Ordine Missæ . Ubi verò infra actionem , Communicantes , &c , Hanc igitur , vel alia variari contingit , suo loco in propriis Missis adnotatur .

**DE COMMUNIONE , ORATIONIBVS  
post Communionem . Ite Missa est , vel Benedicamus Domino , de Benedictione , & Evangelio S. Ioannis .**

### XIII.

1. Expleto Canone , & aliis omnibus usque

usque ad Communionem, ea peracta dicatur Communio, & Orationes post Communionem eodem modo & ordine, ut in principio Missæ: & repetito: *Dominus vobiscum*, dicitur, *Ite missa est*, vel *Benedicamus Domino*, pro temporis ratione. *Ite Missa est*, dicitur, quando cunque dictum est, *Gloria in excelsis*. Cum non dicitur, ejus loco dicitur *Benedicamus Domino*, *¶ DEO gratias*. In Missis Defunctorum dicitur, *Requiescant in pace*, *¶ Amen*.

2. Dicto Placeat, datur *Benedictio*, quæ à celebrante semper datur in Missa, præterquam in Missis Defunctorum. Deinde legitur *Evangelium S. Joannis* *In principio*, præmisso *Dominus vobiscum*, & *Initium*, ut moris est: quod *Evangelium* nunquam prætermittitur in Missa, nisi quando sit de *Festo in aliqua Dominica*, vel *Feria quæ habet Evangelium proprium*: quod legitur ejus loco. *Excipitur* *Dominica quarta Adventus*, cuius *Evangelium* non legitur in fine Missæ, quando in ea occurrit *Vigilia Nativitatis Domini*, quia nec in Officio lectum est. In tertia Missa de die Nativitatis Domini legitur in fine *Evangelium de Epiphania*. *Cum natus esset Iesus*. *Etiam*

Et in Dominica Palmarum in Missis pri-  
vatis legitur Evangelium, quod ponit-  
tur in benedictione Palmarum, quod  
etiam lectum est in Officio. In Vigiliis  
quæ occurunt in Quadragesima, vel  
Quatuor temporibus, non legitur Evan-  
gelium Vigiliæ in fine Missæ. Et simili-  
ter in Missis Votivis nunquam legitur in  
fine aliud Evangelium, nisi sancti Joan-  
nis.

*DE ORDINANDA MISSA EX SV-  
pradicis Rubricis.*

XIV.

i. Supradictis Rubricis cognitis, si  
quis velit ordinare Missam diei, recur-  
rat ad Ordinarium Missarum de Tem-  
pore, vel de Sanctis, secundum qualita-  
tem Officii. Si proprium non habeat, re-  
currat ad Commune Sanctorum. Si de  
Feria agendum sit, & propria Missa non  
fuerit de Feria, dicatur Missa præce-  
dantis Dominicæ, omissis *Gloria in excel-  
sis*, & *Symbolo*, præterquam Tempore  
Paschali, in quo semper dicitur *Gloria in  
excelsis*, ut supra, excepta Missa Rogatio-  
num: